

**A**d audiendum a nostram magistro G. de Chevel. b signante pervenit, quod cum Ecclesiam de Chevel. canonice fuisse adeptus, & aliquandiu pacifice possedisset, gravissimo tandem metu Regis, quod eam resignaret, jurae coactus, eam in eorum, ad quos pertinebat, manibus resignavit. Quia vero quae vi, metusve causa sunt, carere debent robore & firmatis: mandamus, quatenus si eundem ad resignationem consisterit vobis per talem metum fuisse coactum, qui potuerit, & debuerit cadere in virum constantem, non obstante juramento praedicto, quo non ad repetendum, sed ad resignandum solummodo tenebatur, praefatam Ecclesiam ei restitui faciat.

## C A P. V.

Excommunicatus non est, qui absolute coactus excommunicato communicat, secus, si coactus fuit conditionalis.

Idem Vidronen. d Archiepiscopo.

( an. 1200.)

**S**Acris e est canonibus: [ & infra.] Distinguimus autem, utrum is, qui communicat excommunicatis invititus, sit per coactionem adstrictus f, aut per metum inductus, in primo casu talem non credimus excommunicatione teneri, cum magis pati, quam agere g convincatur. In seconde, licet metus attenuet culpam b, quia tamen non eam prorsus excludit, cum pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurre, excommunicationis labe credimus inquinari.

## C A P. VI.

Metum passo non subvenitur, si non fuit talis, qui cadere potuit in constantem virum.

Idem Marsil. & Agathen. Episcopis.

( an. 1200.)

**C**Um dilectus filius: [ & infra.] Quia i constituit nobis de voto emissio, & de praefito juramento a Canoniciis insularum, quod regulam Cisterciens. observarent, vel translationem ipsius Ecclesiae ad ordinem illorum nullatenus impidirent: cum utrumque servatum non vergat in dispendium salutis aeternae, nolentes viam perjurii aperi re. Non obstante violentia, quæ proponebatur illata, cum neque metum mortis, neque cruciatum corporis contine ret x, & ideo non debuerat cadere in constantes. Nec obstante dolo, quo se proponebant fuisse seductos: cum talis dolus non tam ad circumventionem praedictorum Cisterciens. quam ad fatuitatem eorum debeat retorqueri; super restitutione petita silentium eis duximus sententia liter imponendum.

## C A P. VII.

Probata violentia per testes, res amissae probantur per jura mentum. Et super valore rerum amissarum taxatione Judicis præmissa, & secuto per tenis juramento, fit condemnatio.

Gregorius IX.

**S**uper eo, quod adversarius vester se conquerebatur a vobis per violentiam, si liatum, arbitramini contra vos fuisse injuste processum, cum non nisi proprio juramento probaverit singula, quæ amisit. Verum postquam de violentia per testes, & de amissis rebus per ipsius consisterit sacramentum: potuit Judex taxatione ab ipso facta, pro personarum, ac negotii qualitate vos in estimatione rerum amissarum juramento adversarii declarata, rationabili condonare.

a Cap. 1. eod. tit. in 3. compil. b Chevel. c Vid. l. me rum §. sed quod prætor. & §. volenti. & ibi Bart. f. eod d Vi croisen. al. Nidrosien. e Cap. 2. eod. tit. in 3. comp. f attrahus, in manus. g videatur, in impress. h vid. l. fin. & ibi Bart. f. de condit. ob tur. caus. & l. 1. §. metus f. eod. i C. 3. eod. tit. in 3. comp. k vid. l. 2. & ibi Bart. f. de noxx. l. iste text. reputatur singul. per Abb. Brix. in suo diſt. in verb. estimatio.

TITULUS XLII.  
DE INTEGRUM RESTI TUTIONE.

## C A P. I.

**S**i in contractu venditionis, vel locationis Ecclesia fuit enor miter laesa, potest adversus talem contractum petere restitu tionem in integrum: emptor tamen, sicut conductor, non debet fraudari in precio suo, vel in sumptibus per eum factis.

Alexand. III. Alphanen. Episc. ( an. 1180. Roma in Campan.)

**R**equisitus tua fraternitas, quid agendum sit a de pos sessionibus laicis sub modico censu concessis? Non veris itaque, quod si Ecclesia laesa est, & manifeste apparet detrimentum ipsius ( cum Episcopo ejus conditionem facere deteriorem non licet, & Ecclesia jure minoris debeat semper illa servari) quæ in damnum ejus data constiterit, ad ipsius convenientis jus, & proprietatem redire. Providendum est tamen, ne si forte coloni possessiones il las expensis, ac labore suo reddiderint meliores, sumptibus, quos bona fide fecerunt, debeat defraudari.

## C A P. II.

Restituitur Ecclesia laesa propter negligentiam Procuratoris, qui jura Ecclesiae non produxit.

Innocentius III. sancti Georgii, & sancti Sergii Abbatibus. ( an. 1206.)

**C**um venissent ad Apol. sedem electus b, & Monachi Rothon. pro se, ac pro monasterio suo, ac magister A. pro Episcopo Venet. eis S. Georgii ad velum aureum Diac. Card. dedimus auditorem. Coram quo idem magister pro Episcopi parte proposuit, quod cum monasterium Rothon. esset situm in dioce. Veneten. & Ecclesia Venet. subjectum, praedictus Episcopus possessione subjectionis usus eis haec tenus inconcussus: sed cum occasione cuiusdam electionis, quæ ibidem facta fuerat, partes de communi assensu ad Natenen. & Episcopum, & ejus collegas a commissionis literas imperassent, duo eorum ad monasterium accesserunt: quorum adventum intrusus presentes, renunciavit hujusmodi electioni, & se a monasterio absentavit. Sed Judices auctoritate Apostolica Monachis injunxerunt, ut Syndicum, vel Procuratorem eligerent, qui in causis monasterii & consulte ageret, & utiliter responderet: districthus in hibentes eisdem, ne aliquem eligent in Abbatem, donec plenus cognosceretur de jure, quod Episcopus se habere in Abbatis electione dicebat. Monachi vero eti Procuratorem ad mandatum Judicium elegissent, Abbatem tamen contra inhibitionem eorum eligere praesumperent: cuius electionem Episcopus petiti confirmari, & se ad possessionem restitui, qua eum Monachi spoliarunt. Deinde Judices definitivam sententiam protulerunt, electionem cassantes eandem, quam sententiam dictus magister petiti confirmari. Ad hoc fuit responsum, quod licet per Procuratorem ex parte Monachorum fuisse propositum, quod monasterium ipsum ad Rom. Eccles. nullo modo pertineret, dicti tamen Judices contra eos procedere nimis animose coepérunt: [ & infra.] Nos igitur inspectis privilegiis præd. nost. L.onis, Gregorii, & Clem. quæ monasterium illud ad jus, & proprietatem indicant sed. Apostol. pertinere, intelligentes, quod monasterii Procurator eti eadem privilegia coram prædictis Judicibus exhibere omiserit negligenter, jus tamen non tam suum, quam nostrum fuerit protestatus, videlicet, quod monasterium ipsum ad Rom. Ecclesiam nullo modo pertineret, ne ipsius negligentia in damnum tam nostrum, quam monasterii redundaret, ad audiendum restituimus Monachos Rothon. f & inf.] Elec tionem autem a Monachis ( sicut dicitur ) concorditer factam,

a Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Later. p. 29. c. 7. b Cap. 1. eod. tit. in 3. comp. c Vincen. al. Venosten. al. Na vacen. d Abbates scilicet de Mater. & de Gromat.

factam, pendente controversia, ex qua pendet, nec confirmandam duximus, nec etiam infirmandam.

## C A P. III.

Ecclesia laesa in probatione necessaria omissa, potest petere restituionem in integrum, non obstante termino juris probationis exclusivo. Et restituionem petere potest non solum contra privatum, sed etiam contra Ecclesiam. h. d.

Idem Heli(en). & Floren. a Episcopis ( an. 1208. )

**A**uditis, & intellectis b causæ meritis in quæstione, quæ gravem c Ilerden. Ecclesiæ intellectimus quæstionem per sententiam Eugenii Papæ super Ecclesiæ quibusdam pro latam, se laesam enormiter, & olim, & nunc etiam conquerentis: unde cum idem Celestinus tempore Anastasi Papæ proximi successoris ejusdem Eugenii in minori adhuc officio constitutus, in partibus Hispaniæ legationis officio fungeretur, & d ex delegatione ipsius cognoscere cœpit de controversia memorata, cui etiam Alexander successor ipsius Anastasi, officio legationis denuo in partibus eiusdem fungens, causam commisit eandem: idem quoque Celestinus ad apicem summi Pontificatus promotus G. sancti Angeli Diacon. Cardinal. tunc Apostolicæ sed. Leg. dictam controversiam sub eo tenore commisit, ut inspe cti Ilerden. Ecclesiæ privilegiis, auditis etiam partium e rationibus, memorata sententia non obstante, definitivam proferret sententiam, eamque faceret observari: verum quoniam per ipsum Legatum, aut per alios, quibus sub eodem tenore causa eadem commissa extitit ( licet produceti testes ex parte Ilerden. Episcopi recepti fuerant) man datum Apostolicum non extitit adimpletum, magister A. Canonicus Ilerden. postulavit per officium nostrum dictam sententiam in melius reformari, & contra eam restituiri Ecclesiæ Ilerden. Nos igitur cum fratribus nostris, & aliis deliberavimus diligenter: nonnullis afferentibus, quod cum prædictus C. f. præd. nost. contra jam dictam sententiam visus fuerit Ilerden. Ecclesiæ restitutionis beneficium induluisse, cum ea non obstante duxerit negotium committendum, & nos supplicationem ejusdem Ecclesiæ ad mittente debebamus g, præsentim quia sententia Rom. sed. non negatur posse in melius commutari, cum aut surreptum aliquid fuerit, aut ipsa pro consideratione atatum, & temporum, seu gravium necessitatim dispensative quicquam ordinare decrevit. Et secundum jura civilia Principes etiam contra res bis judicatas in auditorio suo examinari restituionem in integrum permisérunt. Persperimus quoque ex data sententia in registro dicti Eugenii Papæ repertæ, quod primo mense sui Pontificatus fuerit promulgata: quando non plene de meritis ipsius causæ videbatur instruetus, illa nitens præcipue ratione, quod privilegium Urbani secundi ex parte vestra productum, subiectum fuerat falsatæ, cuius tenorem nos in registro ipsius invenimus incorruptum. Tandem deliberatio nostra in hoc resedit: ut an data sit restitutio, an danda contra præmissam sententiam, partibus præsentibus decernatur, quarum assertione merita caularum panduntur. Quocirca mandamus, quatenus usque ad festum B. Lucæ, vel in propriis personis, vel per idoneum responsalem nostro vos conspectui præsentetis, quod dicta sententia retractari non debeat ( si poteritis ) ostensuri: vel si forte exigente justitia fuerit retractanda, vel per vos, vel per respondalem idoneum appareatis b sufficienter instructi, ut in principali negotio canonice procedatur: pro certo sci turi, quod cum propter multam locorum distantiam non possit ad nos sine magnis laboribus, & expensis sèpius haberi

## C A P. V.

Etiam contra sententiam Papæ restituitur Ecclesia. Hoc pri mo. Et causa restituionis in integrum debet præsentibus partibus tractari. Hoc secundo. Hec duo dicit quod titulum.

Idem Episcopo, & Capitulo a Ocenen. ( an. 1220. )

Roma in Hispaniam. )

**T**um b ex literis Celestini Papa prædecessoris nostri, tum ex his, quæ ipsius temporibus gesta fuerunt, gravem c Ilerden. Ecclesiæ intellectimus quæstionem per sententiam Eugenii Papæ super Ecclesiæ quibusdam pro latam, se laesam enormiter, & olim, & nunc etiam conquerentis: unde cum idem Celestinus tempore Anastasi Papæ proximi successoris ejusdem Eugenii in minori adhuc officio constitutus, in partibus Hispaniæ legationis officio fungeretur, & d ex delegatione ipsius cognoscere cœpit de controversia memorata, cui etiam Alexander successor ipsius Anastasi, officio legationis denuo in partibus eiusdem fungens, causam commisit eandem: idem quoque Celestinus ad apicem summi Pontificatus promotus G. sancti Angeli Diacon. Cardinal. tunc Apostolicæ sed. Leg. dictam controversiam sub eo tenore commisit, ut inspe cti Ilerden. Ecclesiæ privilegiis, auditis etiam partium e rationibus, memorata sententia non obstante, definitivam proferret sententiam, eamque faceret observari: verum quoniam per ipsum Legatum, aut per alios, quibus sub eodem tenore causa eadem commissa extitit ( licet produceti testes ex parte Ilerden. Episcopi recepti fuerant) man datum Apostolicum non extitit adimpletum, magister A. Canonicus Ilerden. postulavit per officium nostrum dictam sententiam in melius reformari, & contra eam restituiri Ecclesiæ Ilerden. Nos igitur cum fratribus nostris, & aliis deliberavimus diligenter: nonnullis afferentibus, quod cum prædictus C. f. præd. nost. contra jam dictam sententiam visus fuerit Ilerden. Ecclesiæ restitutionis beneficium induluisse, cum ea non obstante duxerit negotium committendum, & nos supplicationem ejusdem Ecclesiæ ad mittente debebamus g, præsentim quia sententia Rom. sed. non negatur posse in melius commutari, cum aut surreptum aliquid fuerit, aut ipsa pro consideratione atatum, & temporum, seu gravium necessitatim dispensative quicquam ordinare decrevit. Et secundum jura civilia Principes etiam contra res bis judicatas in auditorio suo examinari restituionem in integrum permisérunt. Persperimus quoque ex data sententia in registro dicti Eugenii Papæ repertæ, quod primo mense sui Pontificatus fuerit promulgata: quando non plene de meritis ipsius causæ videbatur instruetus, illa nitens præcipue ratione, quod privilegium Urbani secundi ex parte vestra productum, subiectum fuerat falsatæ, cuius tenorem nos in registro ipsius invenimus incorruptum. Tandem deliberatio nostra in hoc resedit: ut an data sit restitutio, an danda contra præmissam sententiam, partibus præsentibus decernatur, quarum assertione merita caularum panduntur. Quocirca mandamus, quatenus usque ad festum B. Lucæ, vel in propriis personis, vel per idoneum responsalem nostro vos conspectui præsentetis, quod dicta sententia retractari non debeat ( si poteritis ) ostensuri: vel si forte exigente justitia fuerit retractanda, vel per vos, vel per respondalem idoneum appareatis b sufficienter instructi, ut in principali negotio canonice procedatur: pro certo sci turi, quod cum propter multam locorum distantiam non possit ad nos sine magnis laboribus, & expensis sèpius haberi

## M 2

a Ocen. al. Ocenensi. b Capit. 4. eod. tit. in 3. compil. c Vide Josnen. Vaseum in Annal. Hispania, cap. 20. d dees in antiqu. dictio, & e id est juribus, & alleg. f Fapo. g de beamus. h comparestis.

haberi recursus, si ad præmissum terminum, quem vobis peremptorium assignamus, injuncta vobis contempseritis adimplere; nos nihilominus in ipso negotio, quantum de jure poterimus, procedemus.

## C A P. VI.

*Petitio restitutio*n*is in integrum contra sententiam suspendit regulariter executionem sententie in eveniu*m* istius caus*a* restitutio*n*is: fallit, si contra patentes restitutio*n*em est præsumptio malitia*m*, quod causa differendi executionem hoc petat: quo casu executio*f*ir, præfita cautione*m* restituendo, si petens restitutio*n*em obtinebit*m* in causa*m*. h. d. secundum mentem junctæ gloss*p*en. & in hoc ultimo est iste textus valde singularis respectu utriusque juris.*

Idem Innoc. III. (an. 1211. Roma in Hispaniam.)

**S**uscitata a super diversis articulis inter Burgenses. Episcopum, & Oviensem monasterium questione: [ & infra.] Nos intellectis, quæ utraque pars proposuit coram nobis super quatuor articulis prænotatis, monasterium Oviensem iustitia condemnavimus exigente. Sententia vero lata, Procurator monasterii ad probandam præscriptionem factam, tam super quatuor articulis prænotatis, quam etiam super quibusdam decimis per transactionem acquisitis, restitutio*n*em in integrum nomine monasterii postulavit, quam eidem duximus indulgendas: [ & infra.]

Ne vero per exigitatam malitiam (sicut ex præsumptiob*n*ibus pluribus videbatur) effectum sententie in damnum Episcopi continget impediri, neve monasterium per executionem sententie propter diversas suspicione*m* incureret detrimentum: nos æquitate pensata, jure duximus prævidendum, ut ante omnia supradicta sententia executioni mandetur: [ & infra.] Volumus nihilominus, & mandamus, ut b ab ipso Episcopo recipiat idoneam cautionem: quod si monasterium in causa ipsa prævaluerit, universa, quæ medio tempore sententia*m* ipsius occasione percepit, monasterio restituat memorato.

## C A P. VII.

Post peremptorium non auditur Ecclesia de jure communi, auditur tamen per beneficium restitutio*n*is in integrum.

Honorius III. Archiep. & Capitulo Bracar. (an. 1220.)

**C**oram felicis mem. I. Papa præd. n. lite inter Archiepiscopum Toletan. & te, frater Archiepiscop*m*, super primaria solenniter contestata, fuit peremptorius terminus assignatus: [ & inf.]

Verum elapo termino constituto, post expectationem non modicam comparuerunt Procuratores vestri: sed quia non attulerant depositiones testium, & alia munimenta, dilationem cum instantia postularunt. Postquam vero contra eos interlocuti fuimus super dilatione petita, tandem indulgeri Ecclesia Bracarense dilationem propter instructionem causa*m*, per auxilium restitutio*n*is in integrum postularunt, exhibentes super hoc ex parte vestra speciale mandatum. Nos autem usque ad octavas Pentecostes per restitutio*n*em beneficium id vobis duximus indulgendum. d

## C A P. VIII.

Restitutio*n* minor in eo, quod contraxit, vel omis*t*, si probat exinde se les*m*, & sit intra tempora restitutio*n*is petenda.

Gregorius IX. (an. 1230.)

**C**onstitutus in nostra præstantia magister Guili. pro se, ac fratre suo I. Canonico Parrozin*m*, exhibita nobis petitione monstravit, quod f*m* eis in minori constitutis aetate, ac eorum matre (cujus successores existunt) rebus humanis exempla*m*, quondam G. pater ipsorum quasdam possessiones utrique communis quibusdam vendidit pro quadam pecunia*m* quanti-

a Cap. 1. eod. tit. in 4. compil. b al. quatenus. c inter eos. d Vid. l. si quando, & ibi. Bart. C. de dilat. e Paronen. al. Parvenens. f Hic in vulgar. habetur dictio, cum, quam nec series orationis admittit, nec habent manus.

tate, ac (ut hujusmodi venditio robur firmitatis haberet) emancipavit eosdem a, & fecit eos contractui consentire. Quare supplicavit, ut vel venditionem eandem mandaremus nunciari nullam, vel cum adhuc existant intra tempus ad obtinendum beneficium in integrum restitutio*n*is indulsum, & intra annum, & diem a tempore contractus, ipsi tanquam proximioribus competenter super alia portione jus offerendi emptoribus precium, juxta municipii Parrozin*m*, consuetudinem approbatam, quod haec tenus omiserunt, dignaremur eis super utroque (cum in hoc non modicum laeti noscantur, & emptoribus portionis ejusdem, vel eorum successoribus precium sint offerre parati) per idem beneficium subvenire. Quocirca mandamus, quatenus si adversarii eorum pro evacuando nostro mandato taliter appellaverint, aut de possessione, de qua controversia vertitur, commutationem fecerint a, vel se malitiose duxerint absentados, eos, qui in possessionem se ingesserint, appell. cess. cogatis sub vestro examine juris æquitati patere.

*f*iarii (ut mandatum nostrum eludent) antequam literæ ad Judicem perveniant, vel etiam postea, priusquam citentur ab eis, in vocem appellationis prorumpunt: ( & infra. 1 ) Nos igitur contra predictam calliditatem, & versutiam providere volentes: mandamus, quatenus si adversarii eorum pro evacuando nostro mandato taliter appellaverint, aut de possessione, de qua controversia vertitur, commutationem fecerint a, vel se malitiose duxerint absentados, eos, qui in possessionem se ingesserint, appell. cess. cogatis sub vestro examine juris æquitati patere.

[ 1 Vel commutationem facientes aliquos in possessionem eorum, de quibus controversia vertitur, malitiose inducunt.]

## C A P. II.

Clericus causa mutandi judicium, non debet recipere cessionem a Laico.

Gregorius IX. Abbati S. Nicolai, & Decano Furen*m*. b Morinen. dices.

**E**x parte Scabinorum c Hipretis d fuit propositum, quod inter Laicos ejusdem loci questionibus emergentibus dirimendis per judicium seculare, quidam Clerici sibi dono, vel precio ab aliquibus Laicorum ipsorum cedi faciunt actiones, ut adversarios ad Ecclesiasticum forum trahant, & praedam ex hujusmodi commercio assequantur. [ & inf.] Cum igitur cessiones, & emptiones litium legitima prohibeant sanctiones, ita quod iusta causa afficiant illos, qui sibi potentiorum patrocinium taliter advolare præsumunt, & ex eo sint etiam odios*m*, quod ex fonte cupiditatis videntur procedere: mandamus, quatenus Clericos memoratos a præsumptione hujusmodi per cens. Eccles. compescatis.

TITULUS XLIII.  
DE ARBITRIS.

## C A P. I.

Arbitri sunt in dispari numero assumendi, & eis discordantibus statutum sententia majoris partis.

Ex Concilio Africano. e (an. 402.)

**S**ane f: [ & infra.] Si autem ex communi placito Episcoporum, inter quos causa versatur, arbitros elegerint, aut unus eligatur, aut tres: ut si tres elegerint, aut omnium sequantur sententiam, aut duorum g.

## C A P. II.

Nullum est arbitrium, seu arbitramentum continens peccatum per partes non remissibile.

Alexander III. Eboracen. Archiepisc. (an. 1160.)

**N**on sine multa necessitate b A. Presbyter nobis proposuit, quod cum in Ecclesia sancti Alphredi per manum R. Archidiac. de Suella persona illius Ecclesiae i Capellanus institutus fuisset, eodem R. mortuo, M. nepos eius, qui sibi in Ecclesia jam dicta successit, eundem Presbyterum Capellanum ibidem iterum ordinavit: [ & inf.] Cum autem idem Presbyter extra provinciam exulans, de suo beneficio non posset justitiam obtinere, nec suam ulterius inopiam sustinere, per dolum, & fraudem ipsius M. ab eo est sacramentum extortum, ut arbitrium Clericorum duorum exinde suscipiet, & servaret: qui jam dicto M. fuentes Presbytero præceperunt, ut quinque marchas ab eo dem suscipieret, & toti cederet questioni. Quoniam igitur non decet aliquatenus sustinere, ut quod perperam arbitriati sunt, debeat incorrectum relinqui: mandamus, quatenus si se cognoverint præfati Clerici tam nequierit arbitra-

a Vid. l. fin. cum gloss. C. de litig. b al. Faren. Ord. Premonstr. c Scabios vocant Belge, & alii populi, senatori, seu oppidorum magistratus. d Hipreti. e Conc. Afric. 88. Conc. Milevit. c. 24. Burch. lib. 1. decret. c. 68. Ivo p. 5. c. 176. f cap. 4. De for. comp. in 1. compil. g Vide l. item si unus. & l. si intres. ff. eod. h Cap. 1. eod. tit. in 2. compil. i Vox, Ecclesia, deest in aliquot vet. & eidem Presbytero.

tos fuisse, dictum Presbyterum ab observantia jurament auctoritate nostra proflus absolvias: vel si arbitrium ipsum noveris æquitate subnixum, ad observantiam ipsius utramque partem app. cessante compellas.

[ 1 Quorum temporibus XXX. annis, & ultra Capellaniam ejusdem Ecclesie pacifice se afferit tenuisse, tandem vero idem M. ab eadem Ecclesia volens ipsum Presbyterum removere, in eum cœpit indebet exactions exercere: & quidam ejus homo circa domum suam egressus, violentas manus in eum injectis: & idem M. nisus est cum circumvenire, ut pro V. marchis argenti, quas etiam idem M. ei promitterebat annuatim nomine pensionis soluturum, predictæ Capellanæ cedere non differret.

Præfato vero Presbytero nolente ejus exequi voluntatem, M. predictus tantum dicitur fecisse, quod post multas injurias, & gravamina sibi illata, occupatis omnibus aliis rebus ab officio, & beneficio est suspensus, vel spoliatus.]

## C A P. III.

Arbiter assumptus in patrimoniali causa Clerici, non potest adjudicare rem Ecclesie possidentem, etiam ad vitam Clerici: hoc dicit, & est casus notabilis.

Idem Exoniensi Episc. [ an. 1160.]

**P**Ervenit a ad nos, quod cum G. de Cal. fororem G. Clerici duxisset in uxorem, idem G. fidei interpositione firmavit, quod V. solidos sterlingorum annuatim daret eidem: unde cum super eisdem V. solidis inter ipsos controversia mota fuisset in quatuor compromisere personas, quæ taliter arbitratrice fuerunt, quod idem G. decimas, quas in paroecia de Cal. præfatus G. habere dignoscitur, pro V. prætaxatis solidis perciperet annuatim. Unde quoniam hujusmodi arbitrium Ecclesiæ posset in posterum perniciosum existere; mandamus, quatenus si ita inveneris, prænominatum G. diligenter commoneas, & Ecclesiast. district. b compellas, ut prælibatas decimas liberas omnino dimittas, nec sibi occasione hujusmodi di aliquid ulterius vindicare præsumat. Clericum vero moeas, ut cum eodem G. amicabiliter studeat convenire.

## C A P. IV.

In mulierem singularem tanquam in Arbitraticem compromitti non potest, secus, si mulier habet alias jurisdictionem de iure communi, vel confutidine: nam tunc etiam super rebus temporalibus Ecclesiæ potest in eam valide compromitti. h. d. clare.

Innocentius III. Cancellario, & magistro Lotb. Canonico Parisiens. [ an. 1210.]

**D**ilecti filii, Abbas c, & conventus de Scarduna Cisterciens. ordinis, sua nobis querela monstrarunt, quod cum inter eos ex una parte, ac Hospitalarios ex altera, super usum R. Archidiac. de Suella persona illius Ecclesiae i Capellanus institutus fuisset, eodem R. mortuo, M. nepos eius, qui sibi in Ecclesia jam dicta successit, eundem Presbyterum Capellanum ibidem iterum ordinavit: [ & inf.] Cum autem idem Presbyter extra provinciam exulans, de suo beneficio non posset justitiam obtinere, nec suam ulterius inopiam sustinere, per dolum, & fraudem ipsius M. ab eo est sacramentum extortum, ut arbitrium Clericorum duorum exinde suscipiet, & servaret: qui jam dicto M. fuentes Presbytero præceperunt, ut quinque marchas ab eo dem suscipieret, & toti cederet questioni. Quoniam igitur non decet aliquatenus sustinere, ut quod perperam arbitriati sunt, debeat incorrectum relinqui: mandamus, quatenus si se cognoverint præfati Clerici tam nequierit arbitra-

a C. 2. eod. tit. in 2. compil. b Id est, Ecclesiastica districione, vel disciplina, non discretione. c Cap. 1. eod. tit. in 3. compil. d l. ult. G. de arbitris. e al. sunt.

[ 1 Et redactum in scripto proprio, & Episcoporum, qui ibi interfuerunt; fecit firmari sigillis, contra cūsus sententiam Hospitalarii temere venire non timent. ]

C A P. V.

Ecclesia exempta non potest in praejudicium exemptionis compromittere. h. d. & clare.

Idem Innoc. III. Abbat. & Conventui de Pigravia. a ( an. 1298. )

Cum tempore C. Papæ b præd. n. [ & inf. 1 ] Super controversias, que inter te, & Mesburghen. Episc. & quosdam tuos Monachos vertebantur, te promisisti arbitrium Magdeburghen. Archiep. servaturum: [ & inf. 2 ] Quia legitimate constituit, quod fide hinc inde data, compromissum est in Archiep. memoratum, nos arbitrium ab ipso prolatum decernimus observandum, illis duntaxat capitulis exceptis, quæ contra libertatem ipsius monasterii, & duarum capellarum ejusdem in arbitrio sunt expressa. Cum eti sponte volueris, de jure tamen nequiveris sine licentia R. Pontif. renunciare privilegiis, vel indulgentiis libertatis, qua monasterium illud indicant ad jus, & proprietatem Rom. Eccles. pertinere.

[ 1 Tu fili Abbas ad Rom. Ecclesiam accessisti, & privilegia, & alia scripta a sed. Ap. merueris obtinere, Mesburghen. Episcop. scis afferis, propter hoc est graviter contra te commotus, tu vero timens tibi, & monasterio tuo periculum immisere. ]

[ 2 Sicque factum est, ut idem Archiepiscopus adjunctis sibi tam Clericis, quam Laicis sub certa forma arbitrium promulgavit, & causas suspicionis multiplices assignavit. Consequenter etiam judicium volens declinavit, sed Ap. appellavit, sed reveritus postmodum coram eisdem sacramentum de calunnia praestitit, & testes produxit, petitis dilationibus, & obtentis. Ipse vero Judices procedentes in causa, auditis attestacionibus utriusque partis, gesta omnia signillorū suorum munimine roboret, ad sed. Ap. destinavunt, terminum partibus imponentes, quo re captura sententiam Ap. sedi se presentarent, & infra. Quia vero memoratus Episcopus, eo quod juramentum praestit de calunnia, & a delegatis inducias postulavit, & testes coram eis produxit, renunciasse appellatione videtur, & eorum examini confessio: Nos habito f. n. con. in premissa incidenti questione interlocuti sumus, quod deberent, quæ coram predictis Judicibus gesta fuerant, publicari, ut secundum tenorem ipsorum nostra tandem sententia informaretur: tibi igitur, & procuratoribus supradicti Episcopi, ven. fr. n. Hostien. Episcop. & dls. fl. P. & S. M. Ecclesiae Presbyterum Cardinalem dedimus auditores, qui cum ea, quæ fuerunt hinc inde proposta, & ostensa, nobis, & fratribus nostris fideliter retulissent. ]

C A P. VI.

Arbitr non habet potestatem judicandi ultra comprehensa in compromissu: ideo coram eo non fit reconvenio.

Idem Episc. S. Andree, & Abb. de Bebot. d. ( an. 1208. )

Cum dictus filius: [ & infra. ] Utrum e coram arbitris reconvencionis sit locus, postulasti per sed. Apost. explicari. Nos igitur respondemus, quod licet in judicio convenientem reconvenerit, qui coram Judice convenitur, coram Arbitris tamen reconveniri non potest: cum Arbitri judicare non valeant, nisi de his tantum, super quibus in eos extiterit compromissum.

C A P. VII.

Qui per arbitrium tenetur eligere cum aliquorum consilio, tenetur illorum consilium in tractatu electionis requirere, sed sequi non adstringitur.

Idem Rectori, & fratribus Hospitalis S. Bartholomei Lucani. ( an. 1209. )

a al. Pigania. al. Pisania. Vid. Annal. Misn. 108. b Cap. 2. eod. tit. in 3. compil. c Hinc videtur inferri, quod exempla Ecclesia non potest renunciare privilegio libertatis, contra t. si quis in scribendo. C. de patris. d al. Beton. al. Alberbroth. Ord. S. Ben. diœcesis S. Andree.

Cum olim a super eligendo in Hospitali vestro Rectore, & fratribus inter vos, & Priorem S. Barthol. Lucan. coram Judicibus delegatis quæstio verteretur, & utraque pars in eos compromittens, ipsorum arbitrium se promiserit servaturum: super prolatum ab ipsis arbitrio utrinque dubitatio est exorta, quam petiatis per sed. Apost. declarari. Nos igitur publico instrumento arbitrium continente diligenter inspecto, cognovimus, quod secundum formam arbitrii Prior S. Barthol. Lucan. tenetur habere consilium cum familia Hospitalis ejusdem, & tractare cum ea de inventiendo Rectore. Propter quod dicimus, quod nisi Prior super invenienti Rectore tractaverit cum familia Hospitalis, & ipsis consilium requisierit, non habet potestatem elegendi Rectorem: & si alio modo eum elegerit, ejus electio haberet irrita, & inanis. Verum habito b cum familia super hoc consilio, & tractatu, Prior libere potest rectorem eligere, duntaxat idoneum, five concordet, five discordet familia cum ipso super inventione Rectoris.

C A P. VIII.

De rebus spiritualibus in Laicum compromitti non potest.

Idem in Concilio generali. c ( an. 1215. Roma. )

Contingit d interdum, quod cum actori: [ & infra. ] Ad hoc generaliter prohibemus, ne super rebus spiritualibus compromittatur in Laicum: quia non decet, ut Laicus in talibus arbitretur.

C A P. IX.

Auctoritate Judicis etiam delegati potest de causa spirituali in Clericum, & Laicum compromitti: & si arbitrium est a partibus receptum, debet a partibus executioni mandari, licet per generalem Procuratorem factum fuerit compromissum. Si autem non fuit arbitrium approbatum, & pœna fuit apposita, agitur ad pœnam, alias ad interesse. h. d. generaliter inhærendo literæ.

Idem Pisanus Archiepiscopo. ( an. 1214. )

Per tuas e literas intimasti, quod cum super executione arbitrii, quod inter Hospitalarios sancti Joannis, & Plebanum de Piscia f super hospitali sancti Alzuci & latum erat, a nobis literas accepisti: [ & infra. 1 ] Plebanus proposit, quod ad causam tractandam b procuratori dedit generale mandatum, non tamen ei mandavit, ut sine speciali mandato compromittere posset, vel transfigere super eo. Et præterea Procurator jam dictus de assensu Canonorum suorum non fuerat institutus: & ideo dicebat arbitrium non valere; præstertim cum Procurator fines mandati excesserit, & arbitrium fuerit per unum Clericum, & duos Laicos promulgatum, licet ipsi de assensu Genuens. Archiepiscopi, cui causa commissa fuerat, arbitrium protraherent: [ & infra. 2 ] Super quo frater. t. t. r. quod si ex parte Plebani arbitrium receptum fuerit, indistincte ratum haberi debet, ac per hoc juxta tenorem mandati Apost. executioni mandari. Si vero receptum non fuerit, refert, utrum fuerit, vel non de observando ipso pœna statuta. Et quidem si poena apposita fuit, agi potest ad pœnam: at si nulla statuta fuerit, sed simpliciter fuit, quod staretur sententia, compromissum: Procurator ad interesse poterit & conveniri, quia juramento suo seipsum personaliter, non Ecclesiam poterat obligare. Quod autem a duobus Laicis, & uno Clerico dicitur esse prolatum, nequaquam obviare videtur, cum auctoritate dicti

Archie-

a Cap. 4. eod. tit. in 3. comp. b al. ita: verum habito fratrum, & familia super hoc consilio, & tractatu, &c. c Latev. c. 40. d C. 1. eod. tit. in 4. comp. Reliqua pars hujus cap. habetur in c. contingit. inf. de dolo, & contum. e C. 2. eod. tit. in 4. comp. f Pisa. g Albitii. h In aliquo exempl. quod licet ad causam tractandam proc. suo dederit generale mand. &c. que lectio planior est. i Januen. k Vide l. Plautius. ff. de precur.

Archiepiscopi factum sit, cui causa, de qua dicitur compromissum, fuerat delegata.

[ 1 Partibus in tua præsentia constitutis, Hospitalarii a te executionem arbitrii postulabant, afferentes illud debere observari, pro eo, quod Procurator Plebani sponte in arbitrios iuramento interposito compromisit, quoniam dicebant, compromitendi, & transigendi super eodem negotio ( arbitrium ) receperisse. ]

[ 2 Unde cum super his dubietas fuisse exorta, per Apost. sed. oraculum doceri periisti, qualiter super negotio isto tibi sit procedendum. ]

C A P. X.

Si per duos electos ad eandem prælaturam in discordia compromittitur in ordinarium, morte alterius compromittentium expirat compromissum: ordinarius tamen ex potestate ordinaria procedit super iure superfluitis, antequam fiat transitus ad aliam electionem. h. d.

Honorius III. Archiepiscopo Colonien. ( an. 1220. )

Ex parte tua nostris est auribus intimatum, quod vacante præpositura S. Cuniberti a in Colonia, Canonici ejusdem Ecclesie vota sua diviserunt in duos, videlicet Herm. de Juliano, b & Conr. de Lombardia c: [ & infra. ] Cumque postmodum tractaretur super electione hujusmodi, & partes essent in tua præsentia constitutæ, in te denum super hoc fide præstata compromittere curaverunt, qui causæ meritis diligenter inspectis, ad proferendam diffinitivam sententiam diem ipsiis consentientibus præfixisti. Interim vero præfato H. ab una parte electo sublatu de medio, superdictis Canonicis inhibere curasti, ne tua pendente sententia procederetur ad electionem aliam faciendam: quorum quidam nihilominus B. Colonien. Canonicum elegerunt. Die igitur, quo sententia proseri debuit, in tua præsentia partibus constitutis, dictus B. allegavit, quod procedere ulterius non deberes. Quapropter tibi edoceri a nobis humiliiter postulanti, breviter respondemus, quod licet arbitrium sit finitum per mortem ipsius d. H. prius tamen de prima electionis meritis debuisti cognoscere, quam processus fieret ad secundam: nam si dictus C. superfluit in electione ius habet, secundam constat penitus non valere.

C A P. XI.

Arbitr post rem judicatam super discordiis novis assumptis, non potest per suum arbitrium sententiam immutare, etiam de componendo inter partes mandatum accepit a Papa.

Idem electo c, & Abbati S. Zenon. & C. Canonico Veron. ( an. 1220. Roma in Dalmatiam. )

Exposita nobis Feltren. & Belien. f electi petitio continebat, quod cum causa, qua inter antecessorem suum ex parte una, & cives Tervisinos ex altera, super districtu, & rebus aliis vertebatur, per sententiam Hostien. Episcopi, tunc Apost. sed. Leg. fuerit terminata: [ & infra. 1 ] Tandem super quibusdam discordiis, quæ hinc inde videbantur exortæ, in Ducem Venetorum, tanquam in arbitrium cum parte altera compromisit: [ & infra. 2 ] Licet autem eidem Duci litteras nostras miserimus, ut ad componendum inter partes laborare deberet, cum tamen intentionis nostræ non fuerit immutare sententiam ipsam, vel siferas per eam querimonia suscitare: mandamus, quatenus ( præfatis literis non obstantibus) quicquid per prenominationem Duci arbitrium contra ipsius Legati sententiam inveneritis esse factum, in irritum revocetis: g & ei distictius inhibentes, ne ulterius in compromissu procedat, eundem ad restitutionem obsidum

a Uniberi. al. Caliberti, Cuniberti, Humberti. b Villiaco. c Barbaria. d Vide l. diem proferre. §. 1. & l. sed interpellatur. ff. eod. e al. electo Abbati, f al. Felcen. al. Filien. al. Belnen. al. Belien. unita fuerant, sed 1460. separate. g Ad hunc text. vide Abbat.

C A P. XIV.

Compromissum ante sententiam latam finitur morte alterius compromittentium, unde non transit in heredes compromittentium, nisi de eis sit causum in compromissu. hoc dicit, comprehendendo mentem Capituli.

Idem. ( Rome. )

Compromissum non extendit in compromittentis heredes, si de ipsis non caveatur ibidem. c

a Observationem. b Vide l. item si uus. §. si in duos. ff. eod. c Vide l. veteribus. C. de contr. & committ. stipul.